

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Religio ax
cum fonte primo

Sunt quidam
qui uelut conuersi ex pristinis moribus
nichil abiciunt, non mente mutantur sed
ueste, nec actu sed habitu. Hii sunt qui
sermone tantum non opere seculo
renunciassent contenti seculariter uiuunt,
et uicia sua inani professione uite
melioris abscondunt, ac religionis
ymaginarie nomine palliati, opinionem
uirtutis pro uirtute suscipiunt; predicant
magna, nec faciunt; accusant uicia, nec
deponunt; publice sibi displicere
simulant quod occulte committunt;
magni student uideri, non fieri.

Prosper de uita contemplatiua libro I.

Illos dico,
qui uelut conuersi, ex pristinis moribus
nichil abiciunt, non mente mutati, sed
ueste; nec actu, sed habitu. Hi sunt qui
sermone tantum, non opere, saeculo
renuntiasse contenti saeculariter uiuunt,
et uitia sua inani professione uitae
melioris abscondunt, ac religionis
imaginarie nomine palliati, opinionem
uirtutis pro uirtute suscipiunt: praedicant
magna, nec faciunt; accusant uitia, nec
deponunt; publice sibi displicere
simulant, quod occulte committunt;
magni student uideri, non fieri;
laudant eos quorum cupiunt
praedicatione laudari; jejulant ut vultus
sui pallorem perniciosus laudibus
vendant.

Iulianus Pomerius, *De uita
contemplatiua*, 2, 4, 1-2 (PL 59,
col.448A-B).